

§. 21. ff. de Acquir. l. amitt. poss. 4) Si quis ab-  
 senti rem suam per epistolam donet, ita ut can-  
 dem ab eodem conducat, aut rem suam donando,  
 vel in dotem dando, vel vendendo usumfructum  
 ejus sibi retineat. L. 77. de Rei vind. L. 69. pr. de  
 Acquir. l. amitt. poss. L. 29. 35. C. de donat. 5) Si  
 quis symbolo alieno res tradat, ut claves horrei.  
 §. 45. Inst. de Rer. divis. 6) Oculi & affectus suf-  
 ficiunt in rebus, quæ propter magnitudinem pon-  
 deris nequeunt moveri l. 1. §. 21. de acq. rer. don. 7) Si  
 emptor rei, quam emit consignet eo animo, ut sit  
 tradita. L. 14. junct. L. 1. §. 2. de peric. & commod.  
 rei vend. 8) Si quis acervum lignorum emerit,  
 quem à venditore tollere fit jussus, traditus vide-  
 tur, simul atque ipsi posita fuerit custodia per  
 emptorem. L. 51. d. acquir. vel amitt. poss.

Th. V.

Exemptio quoque traditio quædam ficta  
 est, L. 6. ff. de donat. ubi promissione exemptionis  
 saxi sive eximendi saxi, statim facta exemptione  
 perfecta est donatio, etiamsi saxum adhuc jaceat  
 prope fodinam, neque dum inde evehctum fuerit,  
 statimque saxum exemptione fit ejus, cui pro-  
 missa fuit exemptio, sive exemptio facta fuerit per  
 ipsum, sive ejus mercenarium aut operarium.  
 Neque